



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

**Vitæ Sanctorum Sacris per singulos anni dies  
Meditationibvs illustratæ**

**Paderbornæ, 1697**

S. Joannes Chvzvbita Confes. 3. Octob.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62968](#)

S. JOANNES CHVZV.  
BITA, CONFES.

3. Octob.

*Quam Angusta porta, & arcta  
via est quæ dicit ad vitam? &  
pauci sunt, qui inveniunt eam.*

Christus Matth. cap. 7.

**N**on aliud altius in hostem infernum vul-  
nus descendit, quam quod à demissi  
animi dextrâ venit. Misera ad Ioannem Cha-  
zubitam Anachoreten alter Anachoretes A-  
nanias nescio quem à malo Genio infessum.  
hunc vix ita noster compellavit: (Eja cedere  
impure te hospitio non tuo, non ego sed A-  
nanias jubet) cùm verba hæc plena animi de-  
missionis jam dudum exosus fugit ocyùs hostis  
superbus. Et peperat fama miraculi hujus  
Joanni Pontificatum Cæsariensem. Ille tamen  
mox iterum urbem cum sylvis suis mutavit,  
ingens onus infulam se abjecisse existimans.  
Secutus Divum rusticellus filium itidem ab  
Orco agitatum in sporta è tecto suspendit, &  
ecce arrogans iterum pulsus est inquilinus.  
Ergo igitur, ut ultum hic iret dolorem suum.

Ioan-

(166) 2;1 (59)

ZV. Iannem præcipitem è monte egit. Sed qui  
cederet humi semper repens animus? risit sci-  
licet Veteratorem altius longè olim cadentē.  
Porrò sub ultimos vitæ annos, cùm Ioan-  
nem cupidō cepisset Martiani viri integerrimi  
risendi, nec tamen ob catenam, quā se ipse  
ad carcerem suum beatum damnaverat, egre-  
diantur posset; eodem tempore Martianus  
ipse inter famulas Cœlitum manus delatus  
adfuīt; quo abeunte, cum animo suspicio  
præstigiarum suboriretur, altero miraculo  
ruptæ compedes facultatem dedere specu-  
prodetundi, iterūmque Martiano loquendi.  
ad extreum carnis etiam vincula exuit, an-  
no supra quingentesimum, vigesimo secundo.

Ex Menais.

### M E D I T A T I O.

#### *De Arcta Paradisi via.*

A Lii alios in spatiovia sequuntur; ideoque  
multi tendunt ad perditionem; Hæc via mini-  
mè devia creditur, quæ teritur, ac celebratur, multi-  
tudine Christianorum. Consuetudini, non Evange-  
lio obeditur. Tu verò cautor esto, ab improborum  
consuetudine deflectens. Christum sequere, qui ve-  
ritas est, nam in barathrum deducit consuetudo, in cœlum  
veritas. Clem. Alex.

In supremo vitæ Articulo non quæretur ex te,  
utrum vixeris ut parentes, ut amici, ut vicini, sed utrum

Christum Iesum, & sanctos imitatus fueris; si versaris in sæculo mandatorum lance tua facta ponderabuntur, si in Monasterio, votorum & Regularum. In praesentia pondera tu ipse actiones tuas. Vide utrum con-

gruant vitæ conditioni; quam elegisti.

3. Tuæ ipsius vitæ ratione diligenter abs te repele, videan arctam, an spatiösam viam fueris ingressus: Si spatiösam, væ tibi! hâc enim viâ non itur ad vitam; si arctam, spei plenus progredere. Memineris, pul-

lum esse Electorum gregem, & paucos admodum imitandos esse in cœlum cogitanti. Quantum timeo,

ne cum peccatorum turba per viam spatiösam in cedas.

## S. FRANCISCVS ASSISIAS.

4. Octob.

*Stigmata Domini JESU in corpore  
meo porto. Paul. ad Gal. Cap. 6.*

**H**ic vir, Franciscus est, sanctioris spes altera Romæ, & qui unâ cum altero Atlante Dominico lapsum orbem firmavit, Mercator adhuc fœnus facere etiam apud pauperes scivit, neque unquam pluris vendidit sua, quam cum gratis dedit. Evocatus in somno ad arma cruce insignita, cum no-

vam